



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Qvis Lazarus & sorores?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 1.

Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de Castello Mariae & Marthae sororis eius.

QUESTIO I.

Quis Lazarus & Sorores?

§.1. Quid in Græco est, in rñs νόμους μαείας κού μάεδατ δ δελ φής αυήν. Ex Castello Mariae & Marthae sororis eius, in Syro est חרררר Achuah, frater eius, Verum præferenda est Latina, & Græca lectio, cum paulo post fratrem appellet, dicitur porro δσ δε ναρ languens, חרררר quod pro omni morborum genere accipi potest, ut cognoscamus Dei amicos humanorum malorum immunes non esse, quod monuit Theophylactus.

§.2. Castellum κούμ est, vicus, non arx aut munitio, nec Lazarus & sorores Dominio vici potiebantur, sed incolæ erant, quamvis honoratioris. Syrus חרררר pagum appellat. Porro חרררר ברת Bethghanio, domum humilitationis, afflictionis. Notandum & illud. Mariam hic non Mariam, sed Mirjam per j consonantem in medio appellari, more Syro. Quæ autem Maria fuerit, in Matthæo disputavi & Lucâ.

VERSUS 5.

Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur.

QUESTIO I.

Quæ fuit sororum ad Christum legatio?

§.1. Αποπέλω Græci, & Hebræi חלחלח Schalach, v- surpant absolute, quemadmodum Latini, Legare. Periculo ingruente mox ad Deum confugiunt, vt illi 2. Par. 20. non in medico, non vllò in alio spem collocant. Verba legati pauca sunt, & plena fiducia. Ecce quem amas infirmatur, quod omnes notarunt expolitores, Theophyl. Chyloft. Rupertus, Leontus, Beda. Admirantur sanè talem Christi amicùm morbo affligi, vt monuit Cyrillus. Fiducia igitur amoris est. Amanti satis est nosse necessitates amici. Itaq; nec tempus sanandi præscribunt, nec vt adueniat precantur. Sed Domine inquit, quem amas infirmatur, חררר Maran, Domine noster, Contentæ indicate, quid rei geratur, non quasi nescienti, sed vt desiderium suum aperiant, & vora.

VERSUS 4.

Ego dixi, di estis? Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solus scriptura.

QUESTIO I.

Quomodo infirmitas non sit ad mortem?

§.1. Nuncio Dominus responder, non esse infirmitatem ad mortem, sed pro gloriâ Dei, vt Dei filius per eam glorificetur, sic enim legendum est, non vt quedam Græca habent exemplaria iδs ασθενα, Filius hominis. Ariani etiam lectionem aliâ modo corrumpebant. Nam legebant: ινα δδξα σφ ο υιδs &

δσ δι αυή, vt glorificetur filius Dei per eum, nempe Deum: vnde concludebant, Deum non esse. At vero cuncta exemplaria habent, δι αυήs, nempe α δσ υιδs, infirmitatem. Et Christus per miracula glorificatur; nam probatur esse Deus, finis itaque mortis est Dei gloria. Et quidem non modo bonis tribuendis, sed malis inferendis Deus glorificatur; nam in supplicio impiorum iustitiæ diuinæ gloria relucet. Verum hoc loco singularissima sese virtus Christi exercit, ideoque Dei filius glorificatur, non sui, sed nostri causa, vt monet Augustinus tract. 49. in Ioan. Talis glorificatio ipsum non auxit, sed nobis profuit. Hoc est ergo quod ait, non est ad mortem, sed potius ad miraculum, quo factò crederent homines in Christum, & vitarent veram mortem, sane videte quemadmodum ex obliquo Dominus Deum se dixit, propter quosdam, qui negant filium Deum esse. Nam sunt heretici, qui hoc dicunt, quod filius Dei, non sit Deus. Ecce audiant: infirmitas hæc, inquit, non est ad mortem, sed pro gloriâ Dei. Quæ gloria? cuius Dei? Audi quid sequitur, vt glorificetur filius Dei. Infirmitas ergo hæc, inquit, non est ad mortem sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.

Finis morbi Dei gloria.

Christus filius Dei.

Quod vero Chrysostomus ait, τδ δδξα, υφελξα δκ αιπολοξις sed εαδσ σδσδs εδs. Particulam Vt, non causam significare, sed euentum, de causa necessaria intelligo; poterat Deus filium glorificare absque morbo Lazari, sed per eum voluit. Quemadmodum vero Augustinus, ita etiam Cyrillus, Beda, Rupertus diuinitatem Christi hoc ex loco probant.

Non fuit igitur morbus ad mortem, nec mors ad mortem, non quod vera mors non secuta fuerit, sed quod more aliorum hominum in morte non manserit, sed mox fuerit excitatus. Somno itaque simili or quam morti fuit. Sic aliquando mors accipitur pro ipsa animæ à corpore se iunctione, & omnibus, quæ illam consequi solent, hoc loco talem mortem Christus esse negat.

Morbus non ad mortem permanens.

VERSUS 5 & 6.

Diligebat autem Iesus Mariam, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.

QUESTIO I.

Cur interponas de dilectione Christi?

§.1. Varias reddunt causas, sunt qui rationem reddi putant; cur Lazarum morbo sterni, & mori voluerit, vt ostenderet temporarias pœnas non esse, signa indignantis, sed sæpe diligentis Dei. Alij cur postea venerit, Euangelistam exponere. Mihi Amor Dei rationem reddere videtur, cur sorores Lazari, nunciatint illi, non Lazarum, non fratrem suum, sed eum quem amat infirmari. Singularem enim modo à Christo dilectum esse. Diligebat autem Lazarum dilectione æternâ, quâ illum elegit, & presentem iustitiam amabat. Itaque etsi auxilium differt, non cessat, tamen: etsi cessat, non dormit. Tardius aduenit, vt mors, sepultura, luctus, fœtor, dies quatuor indubitam miraculi fidem facerent.

causa o- norum.

§.2. Qui hinc conficere nitantur, Lazari non fuisse meritum, vt resuscitaretur, sed gratuitam Dei dilectionem; ac proinde nullum omnino esse sanctorum meritum, cum summâ impietate insanunt. Quomodo ista consecraria sunt. Lazarus non meruit a vobis, sororum, M m 4 resur-